

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Schede

**Primitiae Gustrovienses. Sive Xenion Genthliacum. M. Georgi[i] Schedi[i],
Glauchavia-Misnici**

Gustrovii: Venator, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X>

Druck Freier  Zugang



E ♀ B



1631 ♀

11/2

12 13.

13-10

6R

Lm-4109¹⁻³



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0004)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0005)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73043799X/phys_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0006)

DFG

PRIMITIÆ GU-
STROVIENSES.

Sive

Xenion Genethliacum.

M. GEORG I SCHEDI,
Glauchaviæ Misnici.

ANNO 100. IEC xxx.



GUSTROVII

Ex Typographio JOHANNIS VENATORIS.



JUVENIBUS INGENUIS

Nec non

INDOLIS PRÆCLARÆ, OPTI-
MÆQUE SPEI ADOLESCEN-
TULIS.

Gerhardo } Oberbergiis,
 & Fratribus.
Heinrico } Nicolao } Backmeisteris,
 & Fratribus.
Jacobus } Danieli Michaelis: &
Christiano Arndio.

*Pietati, moribus, ac literis
humanioribus gnaviter
Gustrovii insudantibus,*

*Amicis ac Discipulis suis cha-
risimis.*

*Cum prævia salute felix novi anni precatur
auspicium.*

J E S U S

Pectoris nostri amor, lingvæ devotæ clau-
mor,
fidei basis & dux, vitæ scopus & lux,
mœrentium solatum, afflitorum asy-
lum.

*VERBUM caro factum habitet in nobis, ut vi-
deamus gloriam ejus, gloriam quasi uni-
geniti à P A T R E.*

JUVENES INGENUI,

Nec non

INDOLIS PRÆCLARÆ AC OPTIMÆ
SPEI ADOLESCENTULI,

AMICI ac DISCIPULI Charissimi.

Duplicem hunc piis Va-
tibus finem debere esse
propositum, extra con-
troversiam est: Laude nimirum
JEHOVAM Patrem, Hagiūmque
A 2 Pnev-

*PNEVMA in FILIO DEI ut celebrent; Deinde vero Maximatis
bus ac Dynastis, de Ecclesia Christi ac Republicâ benè merenti-
bus laudis brabæum non dero-
gent. Horum utrunc; singulis
annis pro viribus divinitus mihi
concessis statu tempore exequi
suetus eram: Sed infaustus ille MARS*

*tela intercujus carmina tantum
Conqueritur vates Andinus doct' a valere,
Quantum aquilâ Aonias memorant veniente
columbas,*

invito hactenus barbito ex manibus extorsit. Nunc deniq;
mihi qvodammodo redditus
*STRENULAM ex mellilli Pupuli
nostrî JESULI laudibus, qvibus
& pau-*

& paucula alia, fortassis non in-
grata, accesferunt, contextam-
adornavi. Cumque nemo sit,
proximo suo salutaria qvi non
comprecetur, aut certè velit: &
ego vobis ornatisimi Juvenes &
Adolescentuli, vestrum Spes ma-
gna Parentum, pro more Roma-
norum Svetonio, Ovidio, ac
Herodiano, gravissimis autorib-
us, exitem Strenam offero. Cur
vobis, ne qvarite. Quid enim
Magnifico, ac Reverenda dignita-
te clarissimis Parentibus vestris
pro favore, quo me huc usque
sunt complexi, non debeam?
Quem eorundem Virtus, Indu-
stria, Eruditio, & indè nata Hu-

A 3 mani-

manitas, ac præcipue in has literas voluntatis eximia propensio, vi quasi magneticâ ad se non traheret. Suscipe, hoc qvicquid est, mente lætâ, ac fronte serenâ, nec tâm suo pondere & aestimatione, qvâm affectu animoq; pio ac grato offerentis illud metimini. Sic JEHOVA, dominantum Dominus, annum hunc ineuntem vestris Parentibus Excellentiss. admodum Reverendis & clarissimis, immò vobis & nobis illucere jubeat felicissimum! Sic divinæ vestris studiis clementiæ nitor aspirabit, ut benigni ejusdem Numinis favore aucta ita crescant, ut Ecclesiæ olim

olim Christi emolumento, Rei-
pub. commodo, Parentibus ho-
nori, Patriæ decori, vobis verò
ipsis laudi sitis, eiq; non vulga-
ri. Dabam Gustrovi, Die Festo
Primitiarum vocationis Gentil-
ium, Anno 100 Iuc xxx.

M. Georgius Schedius.

A 4 Ad

*Ad Magnificum, Nobiliss.
Consultiss. ac Literatis. Virum,
Dn. JOHANNEM OBERBERGIUM.
Illustriss. Megapolitano-Friedlandie Du-
cis Vice-Cancellarium, f. U. D. Pa-
tronum meum gratosiss. &
fauentiss.*

*O BERBERGE poli decus coruscum
Et Sidus Clarii, jubar Suadæ
Et Grajæ & Latiæ, perite Juris
Interpres duplicitis, cui reclusit
Corclum sacra Themis, cui rotundo
Nectar manat ab osculo suave,
Quo te quæsito, quo melo salutem,
O auguste Patrone literarum!
Quæ facundia laudibus sit apta
Tuis? Qui siet eruditio*n*i
Quæso sufficiens tua cothurnus?
Patrono tuba quæ sit apta nostro?
Angusti magè cordis inquilinos
Mirer nobile jus & equitatem;
An Peithūs magis inclitæ medullam
Regnantem acriter in tuis labellis:*

Dotes

Dotes ingeniive, quas Apollo
Nil parcente tibi manu ministrat?
Labor non levis est & ille, & iste,
Nec molli jacet in toro Poësis.
Nec te quis, nec ego facul potis sim
Metiri ingenio brevive versu,
Nec Momus mihi credit canenti,
OBERBERGE novem decus Sororum,
Et Grajæ & Latiæ jubar Süadæ, &c.

Ad Eundem.

*S*i tibi facunda certaret flumine lingua
Romani genitor Tullius eloquii.
Carmine si Amphion tecum certaret & Orpheus,
Nil agerent vieti carmine uterq; tuo.
Nam decor eloquii, junctus cum carmine, Phœbo
Carmine te assimilat, Tullio & eloquio;
Nec tamen hinc Phœbo dignos tibi poscis honores
Nec Dio clarus temnis honore alios.
Sed facilis voces exaudis aure Clientum
Quāq; potes miseros parte juvare juvas.
Magna viri magni laus est facundia; multo
Nec minor est, carmen fundere posse bonum;
Exilium à magno sed stemmate maxima fastus,
Magnum hæc triga potest conciliare decus.
Hanc mentem Deus extremam tibi servet in horam,
Te quondam in Celo quanta brabchia manent?

A 5 Suspi-

*Suspiria Patrum pro Christo incar-
nando profusa.*

Ode in Festum Conceptionis
IMMANUELIS nostri
meritissimi.

Strophe I.

Unquam fuit si gaudio
Ulla digna dies, Poli
Astra dum duodena permeando
Lustravit orbem flammivomā face
Aureus Phœbus vagum
Ab orbis incunabulis triformis
Hujus decrepiti ad fata novissima;

Antistrophe I.

Hoc tempus est, hic est dies
Efferendus honoribus
Cunctis Evigenis, quo ocellus Orbis
Sol indulgreesus Cornigeri Capri
Orbitam jam deserit
Angustiorem circulum, diemq.
Majori spatio progredier jubet.

Epo.

Epodos I.

*Poſthabitis ſtudiis
Cunctis ergò profanis
Gaudio inſueto exſilite, & voluptam
Ingeminate!*

Strophe II.

*Solamen eſt quō rarius,
Eſſe ſuavius hōc folet:
Longē & gratius illud eſſe ſuetum eſt,
Quō ardentius votis fuit omnium
Expetitum, gaudium:
At gaudio hoc, quod condito indē ab Orbe
Promiſum eſt Patribus, quod potius datur?*

Antistrophe II.

*Ipsissimum hoc deſcribere,
CHRISTE, dum aggredior, meis
Impar impositum, heu dolor! lacertis
Sentisco onus, Ter maxime JESUΛE,
Nate bis, voce invoco
Te ſupplici, captis meis faveto,
Vita meta mea tu es, ſcopus, ancora.*

Epodos II.

Te

*Te fidei, ecce ! petunt
Noſtrae plena pharetræ
Tela. Te extra ut nulla ſalutis : ita extra
Te quit homo nil.*

Strophe III.

*ADAM luto fictus rubro
Noxialis ut arboris
Pomum letiferum ore devoravit
Dolo Colubri (heu !) Phlegethontii,
In quoſ & quantos dedit
Seſe omnibus cum posteris labores,
Non quid tale timens, præcipitem ſuis !*

Antistrophe III.

*Tonantis implacabilis
Ira ſeviit ardua
In nuperrimè Adam luto rubello
Fictum, ut Virum de florigerâ ſtatim
Sede propulsaverit :
Hunc atra ſub leges ſuas vocavit
Mors, in terrigenas ſpicula acuens ſua .*

Epodos III.

*Arbiter & Stygius,
Infestissimus hostis*

Gentis

*Gentis humanae, subito vorare
Nos satagebat.*

Strophe IV.

*Vorago non explebilis
Carceris Stygi⁹ sibi
Soli subdere flagitabat omnes.
Quid multa? Summo postposito bono
Noxi⁹ malo, fera
Pro perpeti vitā lues, cohors⁹,
Terris incubuit pallida febrium⁹:*

Antistrophe IV.

*Et pro D E O summo Bono
Omnis & boni origine
Dæmon horridus, ater & malignus:
Pulcro theatro pro Poli & inclito
Nos manebat corpora
Torrenda deposcens gravi dolore
Plutoni stygio subdita Regia;*

Epodus IV.

*Pro Triadis⁹ Sacre
Aspectu ille Tyrannus
Lucifer turma aliger⁹ supremo ex-
cusus Olympo.*

Stro-

Strophe V.

*Verum Deus bonus, Pater
Mitis & facilis Polo
Tandem commiseratus est ab alto
Pro patriâ clementiâ homulluli,
Nupèr à se conditi
Ad proprii vultus imaginem illam,,
Ortum dante luto, hoc exitium grave.*

Antistrophe V.

*Divumq; legem rescidit
Ferream ac adamantinam,,
Et Gnatum, patro satum, globosi,
Ex corde, mundi ante omnia secula,,
Vim parans vi avertire
Diâ Colubri, sanctius popondit
Mundo subsidio mittere perditio.*

Epodos V.

*Pro Styge sulphureâ
Ut donaret Olympum,,
Pro tenebris fineq; destitutâ
Morte salutem.*

Strophe VI.

Mora nulla dictis, fluctibus

Entheis

*Entheis subito astuans
Irarum muliebre semen inter
Nec non Draconem letiferum Pater
Litis implacabilis
Odiq; nullis seculis moriri
Quod posset, posuit semina maximi.*

Antistrophe VI.

*Hic conteret, dicens, puer
Ceruli Colubri caput;
Qui quarens generosius perire,
Fatale monstrum, non solite inscius
Artis, ut mille artifex
Punctos trisulcâ lingua notabit
Nequicquam ore micanti graciles pedes;*

Epodos VI.

*Suppetias misero
Tanti stabit homullo
Ferre, deluso stygii Colubri
Arte nefandâ!*

Strophe VII.

*Quoties Patrum suspiciois
Hunc videre throno Poli*

Mitten-

*Mittendum Silohen cohors verenda
Efflagitavit celica Numinis ?
Si Sator rerum optime
Nubeculis descenderes Olympi
Disruptis patulos Orbis in ambitus !*

Antistrope VII.

*Si montium cacumina
Alta defluerent tuâ
A Diâ facie, velut liquefit
Vulcaniâ vi ceratexax ; aqua
Aut velut, quæ valdius
Exæstuans ignis calore summo
Deservet strepitu nòn sine maximo,*

Epodos VII.

*Nominis ut tui honos
Innotesceret hosti,
Gentium & mentes trucium subiret
Frigidus horror !*

Strophe VIII.

*Rorate Celi desuper.
Atq; nubila depluant
Verum Justitia inclita datorem !
Dehincito orbis frugibus obsite .*

Et

*Et datorem perditæ
Certissimum producito salutis!
Recti crescito amor, Justitiae & nitor!*

Antistrophe VIII.

*Tantis Patrum suspiriis
Turba præscia seculi
Venturi Silohen videre semper
Flagravit Abrami Patris omnium
Nasciturum semine
Credentium, ex æquante Ponti arenas
Immensi numero, & lucida sidera:*

Epodos VIII.

*Corporeis oculis
Spectare huncce negatum
Spiritu vidisse Patris subinde
Exilierunt.*

Strophe IX.

*Sed destinato tempore
Jova, pollicitis manens,
A sede ætheriâ suum ministrum
In veste stellata Aligerum jubet
Ocyus delabier.*

B

Et

*Et fida lect & ex millibus Puellæ
Jessa & Triadis nuntia pandere.*

Antistrophe IX.

*Hic jussum observans Heri
Discidit medium Polum
Alarum auxilio, secansq; nubes
Atras, & immensam aëriam plagam.
Celico gratissimam
Delabitur Regi repente in Urbem,
Urbem cui viridis nomina frons dedit.*

Epodos IX.

*Pandit & aetherii,
Reginae, Patris alnum
Nuntium, de more suo legenti or-
acula Vatum.*

Strophe X.

*Salva, inquietus, sis Gemmula
Virginum inclita, stemmate
E Regum veterum trahens Ducumq;
Clarum genus! Salva usq; sies DEO
Nympha dilecta! unica
Omnes es inter, quam sibi sacravit
Immotâ & stabili lege Deus bonus.*

An-

Antistrophe X.

Præfeminis hinc, quæ sine
Labe virginem decus
Servarunt, celebraberis per orbem
Vastum quod ad stabit. Sine semine
Nam virili pondere
Turgebit alvis, claustra quæ pudoris
Incorrupta tenes inviolataq;.

Epodos X.

Ne tibi fortè siet
Mirum; Numen ab astris
Temet afflabit, pariesq; Natum
Virgo jehovæ.

Strophe XI.

J E S U M vocabis Filium;
Namq; restituet Patri
Humanum genus ob lucem nefandam
Quondam Polo avulsum; Patrio throno
Insidebit maximus
Rex; Imperator perpetimq; Hebrao
Existet populi semine confiti.

Antistrophe XI.

Hujus Pater potentia

B 2

Nem-

*Nempè Divūm hominumq; Rex
Dia subjiciet triformis omnes
Orbis popellos : terminum & Imperi
Non finiendi seculis
Extendet ullis, cùm salo profundo
Famam flammifero terminet ac Polo ;*

Epodos XI.

*Almaq; Pax Stygii
Quondam amissa Colubri
Fraude, pro leto quoq; sempiterna
Vita redibit.*

Strophe XII.

*His ille Nymphæ Regiæ
Detegens rutilus genas,
Alas exq; plicans, replevit aures
Dictis. At hoc exterrita nuntio
Nympha non svento dedit
De se pudoris signa virginalis
Demissisq; oculis palluit artibus ;*

Antistrophe XII.

*Cautæ velut Marpesia
Hæsitans animum rapit
In partes varias ; Ter ausa fari*

Ter

Ter hæsitavit lingüa inutilis.
Vocem anhelam expromere
Ut quivit imo ex pectoris recessu,
Pro re exorsa fuit farier hoc modo :

Epodos XII.

Forma habitus g̃ tuus,
Vox g̃ insveta Ministrum
Esse te produnt, Juvenis, f E H O V A E,
Celi & Alumnum.

Strophe XIII.

Cum g̃ ora, crines, & manus
Verba præg̃ potentia,
De plebe aligerā minūs cohortis
Lectum esse te, evincant : Age credula
Sum tuis dictis ! D E U S.
Qui cuncta, qua vult, perficit, supremus
Abs te dicta mihi firmet & impleat !

Antistrophe XIII.

Dictata nec mentis moror,
Rebus in fidei merè
Cœcæ; Virginei g̃ nil pudoris
Perfracta nondum commoror ullius
Claustra tactu Conjugis ;

*Verbum Dei, omni exceptione majus
Vincit, quod ratio dictitat improba.*

Epodos XIII.

*Finierat. Subito
Arcanum Patris Alma
Concipit Verbum gravida à Sacrato
Flamine facta.*

Strophe XIV.

*Verè ergò magna est hac dies,
Quam Iehova sibi, ut genus
Humanum repararet, atq; Leto
Subduceret lapsum, & Phlegethontiam
Regiam verè Entheā
Vi Spiritusq; excinderet malignos.
Ex omni numero legerat unicam.*

Antistrophe XIV.

*Motu hinc süavi gestiant,
Blandulum & cieant manus
Poppyfimum leviusculo utriusq;
Attritu homulli, quotquot in ambitu
Totius vivunt soli !
Hoc gaudio majore transfigatur,
Quò cunctas alias hac supereminet.*

Epo-

Epodos XIV.

*Da mihi te facilem—,
Qui miracula solus
Factitas, miracla tua ut que am de-
scribere, J O V A H !*

Strophe XV.

*Hac luce circa infantiam
Orbis ipsius à D E O
Et tellure rubra Autor est homullum
Formatus ; Et circa ipsa crepuscula
Prima noctis cœculæ
Prævaricando perdidit salutem
Vafro Tartarei Principis heu ! dolo-*

Antistrophe XV.

*Dura ursit ergo necessitas,
Ut sub exiguo levis
Servi scheme Patris æviterni
Æterna Proles in mediò necis
Constitutos turbine
Subducet sancti lytro cruoris
Obstructumq; viam panderet ad Polum—*

Epodos XV.

B 4

Ipsa

*Ipsa DEI soboles,
Quo nos arsit, amorem
His modis Dium manifestat amplum
Nempè per Orbem.*

Strophe XVI.

*Hac indugressus est die
Noe in arboream arcuam
Præco justitiae, fuit supremo
Dum Numinis visum ob scelera impi
Orbis orbi immittere
Totas habendas imbrium, atq; cunctos
Mortales sub aquis perdere cerulis.*

Antistrophe XVI.

*Hac luce Moses Legifer
Iconem ille ferens tuam,
O Christe ! Isacidum genus per undas
Rubri maris traduxit, & impium
Impio cum militum
Cenchrem globo vi dexteræ atq; verbi
Submersit madidâ morte adigens mori-*

Epodos XVI.

*Hac Pater innumera
Abras gentis, Iävæ*

Isa-

*Isacon jussu voluit necare
Ense corusco.*

Strophe XVII.

*Præfectus hâc Memphitidis
Luce, compede ahenâ
Vinclum carceris (heu!) tenebricosi
Pœnas pati fecit celebrem piis
Moribus, consortia
Cætusq; vitantem libidinosi
Invisum Isaciden fratribus improbis.*

Antistrophe XVII.

*Hâc luce Nunides sacrâ
Et sago atq; togâ inclitus
Immensum populum satum Jephudâ
Jordanias duxit per aquas pede
Sicco, aquarum maximâ
Sese aggreganti mole montis instar
Tangentis rigida vertice sidera.*

Epodos XVII.

*Concipit hacce die
Maris nescia virgo
Filium delapo uterum replente
Flamine ab astris.*

Strophe XIX.

Post magna tandem tormenta,
Plurimos colaphos truces,
Sannas, sputa, nece ipsa atrociora
Perpessa suffixus trabe brachia
Et pedes dira luit
Hac tunc poenas, perditam & salutem
Anguis fraude vafri restituit piis.

Antistrophe XIX.

Ergo DEI quo Filius
Natus est Homo, corpore
Assumpto celebrare laude fas est
Di a globo cum Celitum diem,:
Cum Pater miraculis
Verè Entheis Conceptionis olim
Tot tantis g diem fecerit inclitum!

Epodos XIX.

Tristitia & tetrica
Non detur locus ullus
Gaudii cum Fons siet omnis orbi
Natus IESUS.

Strophe XIX.

Motu

Motu hinc süavi gestiant
Atq; dent manibus suis
Plausus, qui celebrant D E I stupenda
Facta, ac in illum affectibus irruunt
Integris. Nam præmium
Reddetur illis à datore vita
Omni vita carens fine, volupta g.

Antistrophe XIX.

Et gaudio & plausu infremant,
Grande qui scelus in Deum
Laudi haud exigua sibi patrare
Duxere! Nam orantes veniam Deum
Intimo suspiriis
Pectusculo ductis soluti ab omni
Captabunt parens crimine maximo.

Epodos XIX.

Lætitia ing; fremat
Paganus, violans sacrae
verba Legis! nam reseratur illi
Janua ad astra.

Strophe XX.

Tenelluli vos populi
Gaudio exsilit! integrā

vobis

*Vobis Pusio namqz virginella
Prognatus est. vos atqz Puellula
Voce, gestu, plausibus
Testemini omnes gaudium ! Puella
Est enixa DEUM casta, viri inscia.*

Antistrophe XX.

*Perfusa suavi gaudio
Gestiant, sine labequi
Viventes scelus omne sunt peroſi !
Fons ac origo Justitiae datur
Perdito Orbi. Debiles
Et langvidi exultate ! namqz natus
Est agris medicas verè adhibens manus.*

Epodos XX.

*Quos quogz carcer habet
Vinctos compede ahenâ,
Gaudio exultate ! Salutis Autor
Venit I E S U S.*

Strophe XXI.

*Servi atqz Servae ignobiles
Gaudium ingeminate ! Nam
Libertatis adest dator sub auras
Prognatus. Omnes Christicola piâ*

Voce,

*Voce, gestu, plausibus
Latamini ! Vobis enim ipse Christus
Est natus, dupli clarius origine.*

Antistrophe XXI.

*Grato ergo, CHRISTE, gratias
Solvimus tibi pectore,
Quod natus Patre secula ante cuncta
Mortale Schema assumere tedia
Ulla non te abstraxerint !
Da, simus omnes compotes tuorum,
Quae induito reparas corpore, munerum.*

Epodos XXI.

*Cum Genitore tibi
Flatu cumq; Sacrato
Entheas grato referemus ore &
Pectore grates.*

NATA-

NATALIA JESU CHRISTI.

Quis Puer? *Immanuel.* Genitor quis? sum.
mus *Iova.*

Quæ Genitrix? *Virgo,* Flamine fœta Sacro.
Tempore quo natus? Circlum quo liquerat ar-

Lux Phœbea, solo proxima frugifero. (etum
Quis locus excepit? *Bethlæ* sub mœnibus *antrum,*

Bubus equisq; aptum vix satis hospitium.
Qui natus? pauper, nudus, flens, inq; voluta

Fasciolis laceris membra tenella fovens.

Cur talis? daret ut se ex omni parte probatum,
Nostrates posset sicq; dolere vices.

Et tandem duros miseratus ut ipse labores
Nos faceret Geniis ætheriis similes.

Cur Homo? ut assereret mortali sorte creatam
Carnem carne, suum néve perire opus.

Quis natus? Sese peccasse dolentibus, uni
Atq; DEO fisis spe simul atq; fide.

Fascia quæ? *Verbum.* Quæcunæ? *Ecceſia,* acutas
Inter quæ spinas, ut Rosa verna, viget.

His se linteolis vasti Sator implicat Orbis,
Forma sub his CHRISTI Dia sepulta latet.

Hæc, desiderio trahitur qui cernere Christum
Lintea rimetur, Pappyreumq; torum.

Cur pura nasci placuit tibi Virgine, Christe,
Desponsata viro quæ fuit antè Seni?

Scili.

Scilicet ut faceres testatum, sacra marita
Esse tibi curæ, Virgineumq; statum. (umbris,
Cur noctu? Ut, stygiis quondam qui incessimus
Tramitis, ad vitam qui foret ætheriam.,
Ignaris Lux orta polo nova, lucis & Autor
Monstrares quæ sit lux, via, vita, salus.
Tempore cur Pacis? Quia Pacis diceris almæ
Dux, Pacem reddis Civibus atq; tuis;
Nosq; doces pacem Celo rimarier ortam.,
Dicta sumus qui de nomine turba tuo,
Qui testes? fidei indubiæ vernantis Olympi
Indigenæ, pecoris lanigeriq; duces.
Scilicet ut liqueat, nequaquam nostra requiri
Somnia ad æternæ dulce Salutis opus;
Sola sed hæc doctis Pastoribus esse docenda,
Quæ de hoc Androtheo pagina sacra refert.
Quid sibi vult Præsepe? obscurum quid norat an-
Quod Christo cunas hospitiumq; locat? (trū,
Immites inter Decios, sævosq; Nerones
Ecclesiæ miserum signat in orbe statum.;
Nec tamen huic inter ludibria defore mundi
Hospitium, cunæ & cæca latibla notant.
Cur Bethle, largis frugum proventibus auctæ?
Nòn unquam panem defore Christicolis.
Sed quare ex veteris moriente propagine Jesu?
Pronasci voluit vera Propago D E I?
Pollicitis ut Jova suis semper manet, ullâ
Quæ sine subjectâ conditione dedit:

Sic

Sic sua in extremis rebus promissa fidelè
Præstítit, afferret certus ut autor opem...
Sed noster, quæ causa fuit, Salvator ut eset
Verus *Homo, Christus*, verus itemq; *Deus*?
Pellacis peccārat homo quia fraude Colubri,
Par hominem pœnas solvere erat scelerum,
Sed quia homo haud poterat peccati niole gra-
Irati stimulus sustinuisse D EI; (vatus
Verus Homo, verusq; Deus, sed hypostasi in una
Is fuit, ut gemino robore ferret onus,
Et sic placatâ Divini Numinis irâ
Morre suâ mundi solveret omne nefas.
Sed quis sufficiat mysteria condere versu
Tanta brevi? fateor non opis esse meæ.
Sufficiat primis mihi delibâsse labellis,
Pagina quæ cornu divite sacra dedit.
Cætera tu *Christi* meditabere sobrie cultor,
Sicq; recens natum supplice posce prece:
Bella, famem, pestem prohibe, *pie Iesule*, ab oris
Nostris, trina uno tempore supplicia.
Tranquillam nostris Pacem permitte diebus,
Mavortis conirâ janua clausa fiet.
Pax vigeat, sit honos legi. Pestisq; famesq;
Exulet orbe procul, maxime *Christe!* tuum
Qui nomen reverenter habet, veneratur, adorat,
Sic Patre cum summo, Flamine cumq; Sacro
Carmine te festo referam super astra, salute
Partâ, & vox laudi serviet usq; tuæ.

Votum

Votum

*Pro felici Anni Novi au-
spicio.*

Ancipite præstò *Janus* est imagine
Novusq; denis atq; binis mensibus
Subintrat annus absolutis. *Sancta lux*
Exorta salve! salve origo Gentibus
Salutis una barbaris, quondam Poli,
Sub ære, lignis, atq; fäxis algidis
Colentibus celsi Monarcham! *Sancta lux*
Exorta salve celitùs, mortalium
Cum maximo percurre cyclum gaudio.
Jehovah, cujus alma finxit dextera
Verbo potentèr Entheo, quicquid pilâ
Terræ tenet, polusq; naturæ domus',
Annumq; libras in statera & pondere:
Ad sis tuâ nobis dehinc clementiâ,
Ingressus ut felix sit anni, faustior
Progressus, egressusq; felicissimus'.
Religio, Olympi duætitans ad mœnia
Animas latumiis reclusas corporum,,
Succrescat indies, nitescat, floreat,,
Radiosq; totius per Orbis climata

C Spar-

Spargat nitentes. Bella, morbos pestiles
Famemq; quîs simùl flagellas & semel
Nos acriter, procûl nostris à finibus
Abesse jubeas. PAX triumphis omnibus
Una potior, domos & urbes amplians,
Et regna ditans, templa servans & scholas,
Postliminio, datore te, redeat Polo,
Vigente quâ lingvæ vigent cum legibus,
Jacente quâ leges silent cum linguis.
Concede nostris, quæso, P A C E M seculis,
Quam nemo, te præter, poteſt largirier.
E C C L E S I A squalidis amicta vestibus
Lugensq; per vicos means & compita,
Tibi, P A T R I cum gnesio, curæ sicut:
Omnesq; transfer fata nos post tristia
Ad Celici perennitatem gaudii.

Parodia ad
Eclogam IV. Virgili.
CHRISTUS NASCENS.

*S*Iderea *Muse CHRISTI* cunabla canamus,
Falsa juvat veris mutare, profana sacratis.
Si canimus *CHRISTUM*, *CHRISTUS* sit carmine
dignus.

Ulti-

Ultima fessæ venit jam carminis ætas,
Cum gemitu Patribus seclis sperata vetustis.
Jam Patre placato redeunt celestia regna,
Jam Prolem aetherii Virgo parit innuba Patris.
Tu modo nascenti Iesu, quo Dæmonis ira
Desinit, ac toto surgit Pax aurea mundo,
Bethla fave fessæ! tuus jam regnat Iesus.
Hecq; tuo nutu, PATER optime, secula inibunt,
Evigenaq; diu sperata pace fruentur.
Hoc duce, si qua manent prisca vestigia culpa,
Evigenum solvent stygiâ formidine gentem.
Orco hunc devicto stellantis regia celi
Excipiet, magnum & capiet super aethera nomen,
Aequum & existet patuli hac post Arbitr' orbis.
At tibi prima Magi, Iesu! munuscula Eoi
Aurum fulgidulum, Thuri benè olentia grana,
Et Myrrha lacrymam demisso poplite fundunt,
Tardalis ac hædo ferus, & lupus accubat agno,
Ultra nec metuunt torvos armenta leones,
Et tacito tauri præsepio murmurare adorant.
Occidit & mendax augur Apollo
Occidit & passim juris laus crescit & equi.
At postquam, Iesu, sanctorum oracula Vatum
Ipse leges, sicut & quæ noveris alma voluntas
Cœlestis Patris; ante aram & delubra sedebis,
Grandævusq; ino pendebit ab ore Sacerdos,
Mater & amisum mœrenste sapè vocabit.
Multæ tamen suberunt stygiæ vestigiâ fraudis,

*Quae mentes tentare pias, qua avertere recto
Pectora, qua jubeant homines submittere Averno.
Tunc erit una fides, via quâ sternetur ad astra
Vivere perpetuo cupidis, erit una salus;*

*Magnus & Helias iterum succedet Olymbo.
Hinc scelus infandæ cum te submiserit orno,
Mors destructa ruet; Pleget hontis inermis & Heros
Nil ultra poterit, & Iesus erit omnia cunctis.
Non morbos sentiscet homo, non horrida mortis
Spicula: bis genitus solvet juga legis Iesus.
Et gelidi parcent sanctos invadere morbi,
In terris vivent sanctorum secula beata
Evigenæ, sanis mutantes morbida membra,
Sponte suâ Christus sua viscera reddet Olymbo.
Secula dixerunt Regi aurea currite Christo
Concordes moniti divino Flamine Vates.
Aggredere o magnos, etenim est jam tempus honores
Chara DEI Soboles, summum Patris incrementum!
Apice terrigenas peccati mole gravatos,
Mundoq; Stygis inq; colis, stygioq; barathro;
Apice, nascenti irascantur ut omnia Christo!
O mihi tam longe maneat mea portio vita,
Quantum sat, & Iesus, fuerit tua dicere facta;
Me haud Vatum princeps Grajorum carmine vincet
Haudq; Maro; huic Mater quamvis, huic Mater
& adsit*

*Maonidi Euterpe, doctoq; Thalia Maroni
(namq; profana illi canerent, ego sacra profarer)*

Orpheus

*Orpheus Threicius mecum si carmine certet,
Orpheus Threicius dicat se carmine victum.
Incipe terrigenas risu cognoscere, C H R I S T E,
Orbi amissa salus peperit fastidia longa.
Incipe C H R I S T E, cui non riseris ore benigno,
Nec Pater hunc aquis, nec Flamen vidit ocellis.*

Cantilena dulcissima Doct.

Martin. Lutheri.

Von Himmel hoch da kom ich her/uc.

S ummi Patris fidissimus
Oraculorum nuntius
Demissus adsum celitus
In gaudium mortalibus.
Hac nocte vestri Pupulus
In gratiam mellillulus
Ex Matris & Virgunculae
Est ventre natus integræ.

Qui C H R I S T U S est noster D E U S,
Adjutor in malis bonus,
J e s u s q; vester, turpium
Et expiator fordium.

C 3

Hic

Hic cuncta vobis gaudia
Reportat, olim perdita,
Ut in Poli palatio
Vivatis omni seculo.
En signa vobis! Fasciis
Est involutus parvulus,
Et postus in praesepio
Orbem tenens pugillulo.
Quin ergo cum Pastoribus
Migramus omnes oxyus,
Strenamq; missam celitùs
Animis piis agnoscimus!
Attende cor, quid fasciis
Sic involutum linteis!
Quis bellus ille Pupulus?
Mellillus est Iesulus.
Auguste salve corculi
Et Hospes & Factor mei!
Quis prædicem telaudibus,
Ad me venis quod celitus?
Quid te coëgit, ô Sator
Rerum, Orbis atq; Conditor,
Ut membra molliuscula
Algâ levares hispidâ?

Cum

Cum vastus Orbis, splendidis,
Coruscus atq; gemmulis,
Te vix receptet inclitum
P A T R I S supremi **F I L I U M.**

Pulvilluli sunt byssini
Fœnum atq; panni lintei,
Quis te Duce ostentas Ducum,,
Regumq; Regem maximum,.

Pompâ sed hac novâ facis
Testatum, ocellis in tuis
Fastum orbis omnem triplicis
Nullius esse ponderis.

Tibi sterne, J e s u, lectulum
Mellile molliusculum
In scrinio pectusculi,
Sim semper ut memortui.

Sic grata laudum munera
Divina nempe cantica
Deducta grato pectore
Dulci sonabo gutture.

Lauscompetens sit inclito
P A T R I dato pro **F I L I O,**
Anni & novi celestium
Chorus appregetur gaudium,.

C 4

Ode

Ode Jambica Metameletica
*Ad cantilenam non minus pulcram, quam
Christianam*

Ach GÖTE / Wem soll ich flagen/
Dass ich so elend bin/ ic.

Heu! cui querar malorum
In me tot impetus?
Cor deficit, nefandum
Me torquet & scelus.
Semper recurrit, imi
Secreta pectoris
Obsidit, atq; Fati
Casus timer trucis.
Labem perinde suxi
Ex matris ubere:
Sic turpe crimen auxi
Subinde crimin.
Celum tui profundum
Me porrò non juvat,
Meisq; terra presum
Plantis suum negat.
Fiduciam locare
Jam par erat tui

In

In Filii cruce
Para statæ mei;
Perculta sed timore
Mens palpitat, tuo
Et horret à furore
Quod scelera duplico.
Libenter, ecce! fraudes
Desvescerem malas,
Assvesceremq; mores
Sanctos & integros:
Sed cogitata dextrè
Cessere pessimè
Stygii strophis Dynastæ.
Carnisq; propriæ.
Quem clamitem,? Salutis
Levet quis indigum,?
Immergor, heu! tenebris
Dùm trado te D E U M.
Sed ad tuam recurro
Jehova gratiam
Clementiamq; prono
Vultu expeto piám.
Pro labe Natus Orbis
Mortis crucem vorat,

C s Ut

Ut nempè vivat omnis
Hanc qui sibi applicat.
Si fors tuis reniti
Dicitis velit fides,
Tu subveni ruenti
Quâ dextera potes'.
Sum dignus haud favore,
Quo me beas, suo
Dum Filius cruore
Me reddit Polo :
Sed indigus salutis
Me credo gaudii
Fore compotem perennis
In Regiâ Poli.
Vivo, intonas, subibit
Caput Spei bona
Reus, nec interibit,
Si vixerit piè.
His motus, ecce! largis
Te posco fletibus,
Da te mihi paternis,
Jehova, motibus.
Auge tuo pusillam
Flatu meam fidem,

Lapsoq;

Lapoq; tende dextram,

Clemens Pater, levem.

Ne cespitem sacratæ

In legis orbitâ

Tu Dæmonem valente

Retunde dexterâ.

Da ritè functionis

Obire munia

Plenus Pater furoris,

Vitamq; sospita.

Aures meis vacivas

Largire lacrymis,

Sic te adjuva cavernas

Vitabo Dæmonis.

Usura siq; lucis

Reddenda funere,

Ad Regna me salutis

Tu transfer inclitæ:

Sic concinam Patriq;

Tibiq; carmina

Flammæq; tèr sacratæ

Per cuncta secula. AMEN.

ORA-

ORATIO
Hominis Christiani, in merito
CHRISTI suam unicè fidu-
ciam locantis.

Troch. Teträmetri brachycata letti.

ARbiter viventium simulq; mortuorum,
Christe Jesu, tum future, cum dies tremē-
JudicI quondam supremus venerit popello (di-
Proxeneta sis tuo clemens, cui Paternus
Melleo partem favor de nomine imposivit.
Cumq; carni nemo sit, qui non suæ cupiscat
Optumè; Carni tuæ, membrisq; sanguiniq;
Non favere non potes. Sumus, nec ipsus un-

quam

Oris usq; cognitus veri neges, sacratæ
Portio carnis tuæ atq; sanguinis sacrati.
Membra qualiacunq; tandem corporis fatemur
Nos tui, desivimus nec ejus esse membra
Hæresin capti per impiam, impiumve schisma.
Plasnia dextræ qui tuæ, J e s u , tuamq; carnem
Tein nere ausis, igneo daninare vel barathro
Concremandam? Fulcit hæc nos una spes, le-

Sauciam dolore mentem, carne quod Parentis
Ad latus te sciscimus nostrâ superbientem,
Nosq; carnem perpetim tecum tuam futuros.

Non

Non crepamus merita nostra, spes nec ulla nobis
Fixa in his; Hoc prædicamus, hoc crepamus, u-
num.

Hocce nobis ducimus laudi, quod illiusce
Membra simus corporis, pugnis quod & flagellis
Perprobè tusum, exsecrando pendulumq; ligno
Affatim peccata mundi sustulit triformis.
Ergò merita tute nostra fortè si requiris
En cruenti merita corporis tui exhibemus
Nos tibi! quod corporis cum pars siet nostratis
Ejus etiam merita nobis cuncta vendicamus.
Nostra sunt tua merita, nempè passio cruenta
Flagra, colaphi, fanna, rhamnus, sordidumq; spu-
tum.

Et crucis patibulum, quæ cuncta maluisti
Cujus es clementia & favoris, esse nostra.
Hæc secundum judicari postulamus abs te
Merita, nosmet hisce freti fistimus tremendum
Ad tribunal non stupentes, corda nec tremetes.
Merita, quis de gloriamur, quæq; prædicamus
Nostra sunt, sunt nāq; capitis corporisq; nostri,
Unde nos præcidimus nefariis nec unquam
Ausibus vel schismatis. Merita hæc tuam inter
Urnam

Inter & nos fistimus, quorum statuminati
Entheā virtutē quondam cum choro fruemur
Gaudiis non desituris celitum beato.

A M E N.

Ode ad SS. Triadem,
Perioche.

LAude decet dignâ semper celebrare Jehovam,
Personis Trinitus qui Unus in Esse cluit.

Quem Virum aut Heróa lyrâ sonorâ
Jam tibi suimes celebrare Musa?
Quem canes? cujus recinet jocosa
Nomen imago
Aut in umbrosis Horebi cavernis,
Aut in excelso scopulo Moriæ!
Cujus ad summum fuit infecutus
Sponte cacumen

Isaac, jussu patrio paratus
Perpeti mortem rapidos & ictus,
Dum typum veri immaculati & agni
Gesit Iesu.

Quid prius dicam ætherii Parentis
Laudibus, qui res hominum gubernat,
Qui mare & terras, variisq; mundum
Temperat horis?

Unde nil majus generatur ipso,
Nec viget quicquam simile aut secundum,
Attamen Patri similem occupavit

Gnatus honorem.
Robur ex altis neq; te filebo
Flatus amborum Sacer, omne complens,
Martyres quo Præside nil morantur
Arna Tyranni,

Dicam

Dicam & Eō venientem ab Orbe,
Astra, & horum ortus, obitus notare
Nobilem Gentem! simul his ab axe

Stella refūsit,

Sedibus Bethlam veniunt in Urbem
Exciti, ac donant tria dona Christo,
Et minax (quod sic voluit Jehovah)

Decipitur Rex.

Fata sed post hos prius an tuorum
Bethla Natorum memorem, cruenta
Regna an Herodis, dubito, an sacrati

Funera Iani.

Iosuam, Hiskiam, propriæq; vitæ
Prodigum Vatem, superante Ceto,
Promptus invitâ haud referam Camœnâ

Isaïdenj.

Hunc & intonsis Juvenem capillis
Utilem bello tulit, at Philistis
Durum & infensum proavitus apto
Cum lare fundus.

Pandere legem.

Gentis humanæ Sator atq; Custos,
Non habens ortus, tibi cura soli
Prolis æquævæ data, tu secundas
Ipsius ausus;

Ille

Ille seu sanctis Satanam invidenter
Egerit justo domitum triumpho,
Sive subjectos superas in oras

Pertrahat hostes,
Par tibi latum reget æquus orbem;
Nube & ignitâ residens Olympi
In parùm sanctos inimica miret
Fulmina judex.

D E U S adjutor in adversis.

Angustiis nos constitutos maximis
Qui sublevet, quis est? *D e u s*. Qui gratiâ
Nos fulciat suâ, quis est? *S o l u s D e u s*.
Hostes sui quis opprimit verbi? *D e u s*.
Quis acuta Mortis spicula perfringit? *D e u s*.
Atri retundit Dæmonis vim quis? *D e u s*.
Ad tecta quis monstrat Poli viam? *D e u s*.
Nos celitum quis inserit choro? *D e u s*.

T r i a summa S S . T r i a d i s b e n e f i c i a .

Ingens *Jehova* munus est ter optimi,
Rerum quòd ille Conditor *D e u s P a t e r*
Imaginem mentis, rogante nemine,
Nos condidit suæ; Juvante nemine
Lapsus Polo quod *Filius* suo *Patri*
Nos reddidit, nostratis & causa extitit
Salutis; Et quod promerente nemine
(quod maximas longè meretur gratias)
Nos *Christianos* efficit *Flatus Sacer*.

F I N I S,



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0055)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0057](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0057)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0058](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0058)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0060](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0060)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0061](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0061)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0062](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0062)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0063](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0063)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0064](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0064)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0065](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0065)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0066](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0066)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0068](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0068)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn73043799X/phys_0069](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73043799X/phys_0069)

DFG



F

Celestis properent a
Obsequium facia
Suffice, rerum usus q
Ut fratri offensas
Non Satanæ nos fra
Ereptos stimulis

PRECATIUN STUM doc

JESU, decus ju
Teneræ decus
Pubis decus te
Flos pubis & t
Qui parvulus
Puer sedens sa
Espaginæ fac
Interpres ipse
Docentium a
Verba imbibet
Auditor usq;
Fac ad optimi
Frugem subin
Tuum inclitu
Manans ab or

ciâ regni
; tuum_.
q; remitte,
sq; suo.
nosq; malo
ca. (rum

CHRI
mple.

Ca-

